

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Deus u
cum fonte primo

Vnusquisque quod pre ceteris colit
quod super omnia miratur et diligit, hoc ei Deus est.

Si quid illud est quod in dilectionis lance preponderat,
hoc tibi Deus est.

Origenes super Iudicum omelia II.

Unusquisque quod prae ceteris colit,
quod super omnia miratur et diligit, hoc ei Deus est.

Denique hoc est quod ante omnia et super omnia
per mandatum suum Deus deprecatur ab homine:
Diliges, inquit, Dominum Deum tuum ex toto corde tuo
et ex tota anima tua et ex totis uiribus tuis,
praeoccupare quodammodo erga se cupiens totos humanae mentis
affectus et sciens quia quod *ex toto corde dilexerit quis et ex tota*
anima atque ex totis uiribus, hoc ei Deus est.

Discutiat nunc unusquisque semet ipsum et tacitus
ex suo corde recenseat quae in eo potissimum
et super cetera omnia flamma amoris exaestuet,
qui sibi ardentior ceteris foveatur affectus.

Vos ipsi de his habetote iudicium,
in statera haec vestri examinis appendite et
si quid illud est quod in dilectionis lance praeponderat,
hoc tibi Deus est.

Origenes, *In Iudices homeliae*, 2.3 (SC 389, P. Messié, L. Neyrand,
M. Borret eds., p.82, ll.46-60).